Cap. 10, pag. 132, lin. 7, ante finem, post illa verba, *Immensa sua benignitate*, dele tres lineas, usque ad, *Mortalium genus*, exclus. — Cap. 11, pag. 141, ad med. ubi legitur, *Seçta huius religio à Francisco*, lege, *Ordinis huius religio à S. Francisco*. — P. 144, lin. 5, à principio, post illa verba, *Operi reservavimus*, dele 7, lineas, usque ad, *Quantum hic*, excl. — Et lin. penultima, &c. — Cap. 12, pag. 148, §, *Verum anno*, dele, *Superstitiones vanaque*. — Et pag. 149, §, *Ab eo tempore*, post illa verba, *De lacu*, Acronio, 12, lineas, usque ad, *Ad 6, Aprilis*, excl. — P. 150, lin. 1, post Conradum Lycosthenem, dele 4, lin. usque ad, *Antiquissimum*, &c. exclus. — Cap. 13, p. 168, lin. penult. dele vocem, *Fugitivum*. — Pag. 175, in epitaph. linea 4, dele, *Quam Christum negare maluit*. — Cap. 15, pag. 213, in epitaphio Severini Ertzbergij, dele, *Epitheta pietatis*, & *Divini ardoris*. — Pag. 114, dele integrum §, *Atque hæc quidem*, usque ad cap. 16, exclus. — Cap. 16, pag. 232, linea 3, ab initio, post illa verba, *Domi nactus*, dele 7, lineas, usque ad §, *Abrogatis Monachorum*, excl. — Cap. 18, pag. 264, dele Epitaph. quod incipit, *Quisquis ad hunc*, &c.

In Catalogo Episcoporum, pagin. 307, linea 3, ab initio, post illa verba, *Pedum accepit*, dele 6, lineas, usque ad, *Quam ob causam*, excl.

CHRISTIERNVS Keil.
Theolog. Luther.

CHRISTOP. Agricola.
Rhætus Theologus Luther. August. confess. scribebat, & edebat, Francof. apud Nicol. Bassum 1590, & apud Pet. Fischerum 1592.

CHRISTOPHORVS Barbarossa.

Germ. Theologus Luther. August. confess. & Philolog. scribebat, & edebat Hamburg. 1573, 1595, & Brunsvigæ 1605.

CHRISTOPH. Besoldus.

Germ. I. C. Tubingensis Calvinianus.

Iv s de Arario publico Discutius. Tubingæ, apud Alexandrum Celliū 1615.

Cap. 4, pagin. 70, ad finem, post illa verba, *Imponere vestigal*, dele 5, lin. usque ad fin. pag. — Cap. 5, pag. 93, post 7, lineas à principio, dele à §, *Firma etenim ac perpetua*, &c. inclusivè, usque ad medium, pagin. 95, & §, *Dic Actus mere politicos*, exclus. — Cap. 6, p. 152, ante medium, post, *Bormitini Lib. 7, quem vide*, dele 13, lineas, usque ad, *1. Montifono di due nature*, exclus. — Et p. 155, lin. 7, à princ. dele, *Constantini Magni*. — Et pag. 158, lin. 9, à fin. post illa verba, *Militibus pecunia cuderetur*, dele 9, lin. usque ad finem paginæ, & alias sex lineas sequentes, & illa verba, *In Gallia quoque*, exclusivè.

IVSDEM ad quosdam Pandectarum Titulos commentarij, Tubin. typis Alex. Cellij 1616.

Post appositam notam Auctori, & operi in præcognitis pag. 17, lin. 8, à princip. post illud, *Politic. 2, Thef. 34, Class. 2*, dele undecim lineas, usque ad num. 19, *In Politicis*, &c. exclus. — Ad Lib. 1, titul. 1, p. 34, ante medium, post num. 14, dele integrum §, qui incipit, *Ius hoc sacrum*, usque ad *Et vero, que cognitionem*, &c. excl. — Ad Lib. 2, titul. 1, pag. 44, ante finem, post illa verba, *Richter. Axiom. hist. 55*, dele sex lineas usque ad num. 2, exclus. — Ad Lib. 7, & 8, titul. 1, pag. 105, ante finem, post illa verba, *& que ibi sequuntur*, dele reliquum paginæ, & ferè paginam integram sequentem, decem lineis ante finem, ante illa verba, *Non absimilia sunt his*, exclus. — Ad l. 10, titul. 1, pag. 130, ante medium, dele integrum §, qui incipit, *Et tandem, quod*, usque ad num. 21, exclus. — In Oeconomia, titul. 3, & 4, pagin. 163, linea ante penult. eradendum Calvinii nomen. — Titul. 5, & 6, pag. 177, dele integrum §, qui incipit, *In iusta nuptia sunt*, usque ad dimidium pag. sequentis, & numer. 13, exclus. — In Corol. 1, pag. 183, dele integrum Corollarium, usque ad num. 2, pag. sequentis, exclus. — Eodem titul. pag. 184, §, qui incipit, *Machiavellum*, post illa verba, *Videatur 1, Sam. 8*, dele 10, li.

lineas, usque ad numer. 5. exclusivè.

Alia vero eiusdem Besoldi opera prohib.

CHRISTOPHORVS Clarius.

CHRISTOPHORVS Colerus.

Francus. I. C. & Histo. Polil. Heidelbergens. Luther.

Eivs in Valer. Maximum Præfatio, & Animadversiones Hanov. typis Wechelianis 1614. corrigendæ.

Adhibe Colero notam damnationis rum in prima libri facie, tum pag. 496. ubi incipiunt Animadversiones.

In Animadversionibus, pag. 510. col. 2. dele §. qui incipit. *P. 40. quasi illegitima*, usque ad, *Repudium*, exclus. — Pag. 528. col. 2. ante medium, post illa verba, *Apponi possit*, dele quatuor lineas, usque ad, *Quoties animam*, exclus.

Alia vero eius opera Iuridica, & Philologica Diatribæ de ratione discendi Ius Civile, Franc. apud Palthenium 1603. — In Sallustij Bellum commentarius, & Notæ Politicæ, Genevæ 1597. — In Cornelium Tacitum, Spicilegium, Hanov. apud Wechel. 1603. permittuntur, sed apponenda ubique nota damnati Auctoris, & operis permitti.

Similiter eiusdem in Iohannis Vaudi Pedemontani varias quæstiones prolixiora summaria capitum, & item in Guiberti Costani quæstionum lib. I. Additiones, & animadversiones, Leng. typis Tobie Steinmanni 1596. cum Præfatione. Permittuntur appositæ sua nota Colero, & operi.

CHRISTOPHORVS Cornerus, ex *Fagis*.

German. Theol. & Philol. Luth. Augst. confes. professor Francfordiensis. Scribebat, & edebat Lipsiæ, apud Ernestum Vögelinum 1568. & Francof. 1585. 1586. Lipsiæ 1597.

Eivs enarratio in Orationem Ciceronis, pro Valerio Flacco. — Et pro L. Cornelio Balbo. Vid. in *Ciceronis Orationes* 3. Class.

EIUSDEM in I. epist. Ciceronis ad Q. Fratrem pro rectè administranda Provincia, apud Oporin. 1553. — Et Præfationes in 2. libros Ciceronis de officijs, Basil. permittuntur appositæ ubique nota damnati Auctoris, & operis permitti.

CHRISTOPHOR. Crinesius.

Bohemus, Schoccouvaldus, professor Altorphynus, Luther.

Eivs Lexicon Syriacum, Wirtembergæ, typis Germanianis 1612. corrige, post appositam solitam notam Auctoris, & operis.

In inscriptione epist. Dedicatoriæ, quæ incipit, *Miraberis forsitan*, dele, *P. M.* — Et pagin. 3. eiusdem epist. lin. penultim. dele, *Pro nostra politia sacra Poli Ecclesiam puto Christianam*. — Et pag. 4. post primam lineam, & illa verba, *Faciendum erit?* expunge octo lineas, usque ad, *Id quod etiam*, exclus. — Pag. 6. lin. 5. à fine, *Imprimis sacrosanctum Theologicum*, & reliquum eiusdem paginæ, cum sequenti paginæ sequentis, ante medium, usque ad, *Iam cur sanctitatem*, exclus.

Ex Epistola vero sequenti Laurentij Fabricij Dantiscani professoris Wirtembergensis, scriptoris quoque damnati (cui apponenda sua nota.) — Pag. 2. post octo lineas ab initio, post illa verba, *Longè sincerior est*, expunge tres lineas, usque ad, *Habebant enim Syri*, exclus. — Et eadem pag. ante finem post illa verba, *Cum magna iactura*, dele duas lineas, cum reliquo Epistolæ.

CHRISTOP. Dibuadius, *Zeland-Danus*.

Medicus, & Mathematicus.

Eivs in Arithmetica Irrationalium Euclidis Demonstratio literalis, & numeralis, Arnhemij apud Ioannem Ianfonium 1605. corrige.

Præfigenda in ipsa libri facie nota damnati Auctoris, & permitti operis. — Et ex averfa pagina primi folij, in Poemate Gr. Coddæi, post illa verba, *Vititur bona semper*, expunge quinque ultimos versiculos.

In epistola Dedicatoria ad Henricum, pag. 4. quæ incipit, *Apud plebem*, post medium, & post illa verba, *Ausim affirmare*, dele tredecim lineas, usque ad initium pag. 5. & illa verba, *Politices corporis*, exclus.

EIUSDEM in Arithmetica Rationalium Euclidis demonstratio. Arnhemij Geldrie, apud Ioan. Ianfonium 1605.

Ex Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Substantiarum protoplasii*, &c. pag. 2. ad finem post illa verba, *Et in te est summa*, dele quæ-

DICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.

quatuor ultimas lineas, cum aliis quatuor primis sequentis paginae usque ad, *Politikes etenim à Deo*, &c. exclus. — Et post alias septem lineas, expunge, *Fidei integritatem*.

EIVSDEM in Geometriam Euclidis Demonstratio linealis. Lugd. Batavorum ex typographeio Christoph. Guyotij, permittitur apposita nota Auctoris damnati & operis permitti.

EIVSDEM in Geometriam Euclidis Demonstratio numeralis. Lugd. Batavorum, ex typographeio Christoph. Guyotij 1603.

Ex epist. dedicatoria, quae incipit, *Inter varias*, &c. ex inscriptione, *Alma Hasnienfis*, dele, *Alma*. — Et p. 3. linea 10. ab initio, dele, *Non quatenus homines sumus*. — Et lin. 3. ante finem, dele vocem, *Pietatis*.

CHRIST. Donaverus.

Ratisponensis, Germ. Poëta. Luth. de quo vid. in Guilielmo Fabricio. 1. Class.

CHRIST. Fabius Brechtolius.

Seu, *Brechtelius*, German. Medicus Luth.

EIVS Nomenclatura Pharmaceutica. Norimbergæ, apud Kaufman. 1613. permittitur apposita præscripta nota Auctoris, & operis.

CHRISTOPHORVS Femellus.

Seu, *Femellus*, German. Philosoph. & Astronom. Luther.

EIVS Tabulæ Synopticæ eliciendi vera loca Planetarum. Wirtembergæ 1599. permittuntur, apposita debita nota Auctoris & operis.

CHRISTOPHORVS Fischer.

Seu, *Fischerus*, German. Theolog. Luther. scribebat Latinè, & Germanicè, & edebat Smalkaldia 1569. Norimberg. 1570. Tiguri apud Henric. Petr. 1572. Vlsæ 1575. 76. 77.

CHRISTOPHORVS Formicarius.

Poëta, scribebat, & edebat Schmalkaldie 1582.

CHRISTOPHORVS Frofchovius.

CHRISTOPHORVS Godmannus.

Seu, *Goodman*, Anglus, Oxoniensis Theol. Lutheran.

CHRISTOPHORVS Hamerus.

Seu, *Hammerus*, Philologus, Luther.

CHRISTOPHORVS Hegendorphinus.

Seu, *Hegendorphius* Germ. Theol. Philos. & Historic. Luther. August. cōfessionis, scribebat, & edebat Haganoæ 1526. 1533. Argentinae 1534. & Basil. apud Vestrh. 1579. Tiguri 1549.

EIVS Methodus conscribendarum epistolarum Basil. apud Winterum, permittitur cum apposita nota damnati Auctoris, & operis permitti.

EIVSDEM Enarrationes in Ciceronis Verrinas, & Philippicas. Vid. in Ciceronis Orationes 3. Class.

EIVS, *Dialectica legalis*, sive, *differentiæ demonstrandæ ars*, ita iuri civili accommodata, ut nihilominus sit omni studiosi generi usui futura, &c. Lugd. apud Sebaltianum Gryphium 1554. & Basil. apud Henr. Petr. 1535. permittitur. Initio tamen appendenda nota solita Auctoris damnati & operis cum expurgatione permitti.

Cætera eius prohibita.

CHRISTOPHORVS Helvicus.

Germ. Theolog. & Historic. Astronom. Arithmeticus, & Philol. Luther. August. confess. Professor Gieslenus.

EIVS Theatrum Historicum, sive Chronologiae Systema novum ex editione nova Franc. typis Mathie Kempfferi 1628. & Gieslæ, apud Hampelium 1609.

In 1. libri facie appone notam damnati Auctoris & operis cum expurgatione permitti. — In averfa primi folij pagina, dele, *Imaginem Helvici*, simul cum titulo, qui illam ambit, & cum subiecto epigrammate, quod incipit, *Helvici hæc facies*, &c.

In Epistola Præfectorum Bibliopoli Londinensis ad lectorem, quæ incipit, *Quanta commoditas*, &c. paulò post initium, ubi agitur de loco Lucæ 2. *Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ*, &c. scribe in margine, *Lectio vulgata omnino retinenda est, & cum illa, si commodè fieri possit Græcæ concilianda*.

In cætero verò operis discursu, ubi Helvicus Lutheranus series, & ordines Evangelii

gelicorum, id est, Lutheranorum, & re-
formatorum, id est, Calvinianorum, & Fa-
naticorum aliorum Sectariorum disponit,
& recenset; cautè omninò legendus.
Eiusdem cætera prohibita.

CHRISTOPHORVS Hensherus.

Seu, *Henscherus*, Germ. I.C. Lutheran.
Eius tractatio Methodica de privile-
giis, Magdeburgi apud Francum 1602.
donec prodeat expurgatio.

CHRISTOPHORVS Hitzene-
rius.

Germ. Musicus, Luther.

CHRISTOPHORVS Hoffman.

Seu, *Hoffmannus*, Germ. Theol. Luth. Au-
gust. confes. scribebat, & edebat No-
ribergæ 1525.

CHRISTOPH. Imlerus, *Hadama-*
rius.

Theol. Luth. Augustanæ confes. Scribebat,
& edebat Theologica Francof. 1544.

CHRISTOPHORVS Ireys, *Pas-*
saviensis.

CHRISTOPHORVS Irinæus.

Germ. Theol. & Astron. Luther. Augu-
stanæ Confessionis. Scribebat, & edebat
Germanicè, & Latinè multa Theolo-
gica. Ienæ, Francof. Vrsellis.

CHRISTOPHORVS Keil.

(Alius à *Christophoro Heil*, Medico Wif-
badenti) Germanus, Theolog. Luther.
August. Confessionis: qui scribebat
pro Coniugio Lutheranor. Lipsiæ apud
Voigt, 1608.

CHRISTOPHORVS Lactner.

Germanus, Austriacus. I.C. Lutheran.
Eius *Questiones Iustinianæ*, quibus
Axiomata Iuris & Aphorismi Politici
adiunguntur, &c. Francof. Typis Nico-
lai Hoffmanni 1617.

Apponenda Nota Auctoris damnati, &
operis cum expurgatione permitti. — Et
lib. 1. Titulo 10. pagina 30. ante medium,
dele ab illa inscriptione, inclusivè, *Quis*
præterea requiritur ad iustus Nuptias, usque
ad paginam 31. sequentem dimidiatam, in
illo titulo, *Habesne specialem*, exclusivè.

CHRISTOP. Lasius.

CHRISTOP. Marstaller.

Seu, *Marstallerus*, German. Theol. Luther.
Scribebat, & edebat Vrsellis 1575.

CHRISTOP. Melhoverus.

CHRISTOP. Molhusensis.

CHRISTOP. Obenheimius.

Seu, *Obininius*, seu, *Obenheimus*, Othin-
gensis.

Eius, *Promptuarium sacrum* (& siquid
aliud scriptum) prohib.

CHRISTOP. Obenhi-

Qui tanquam diversus à præcedente in-
ducitur in Catalago Romano, sed pro
eodem refertur à Gesnero, Simlero,
Draudio, Thoma James, in Bibliotheca
Boldeiana, & Paulo Bolduano in
Biblioth. Theologica.

CHRISTOPHORVS Pelargus.

Germ. Theolog & Poëta Lutheranus, Au-
gustan. confessionis, qui scribebat, &
edebat Francof. & Magdeburgi circa
ann. 1600. usq; ad 1610. & cōtra Iesuitas.

CHRISTOPHORVS Pezelius.

Seu, *Pecellius*, Plavenfis, Theologus. Luth-
ero-Zuinglia. Melancthonianus, scribe-
bat & edebantur eius Theologica, &
cōtroversa ab anno 1565. usque ad 1585.
Wirtēbergæ, Neostadij. Vrsellis, Nea-
poli Nemeturum, Neapoli Palatinat.

Eius Oratio de Argumento Historia-
rum, quæ circūfertur cum Antonij Ric-
coboni Libro de Historia. Basileæ ex of-
ficina Petri Pernæ, 1579. corrigenda.

Post

DICES
Librorum
OHIBITORU
E. V.
74.

Post appositam debitam notam Auctori, & operi, pagin. 604. versus finem, §. *Vt autem rerum*, ubi legitur, *Imperia immediate sine ullis consiliis*, dele, *sine ullis consiliis*. — Et pag. 606. versus finem, §. *Ecclesia Historia*, post illud, *Alias, & firmiores*, dele usque ad, §. *Commemorat enim*, exclus. — Pagin. 607. post initium §. *Commemorat enim*, post illud, & *propaget eam*, dele usque ad, *Verbo, & spiritu*, exclus. — Et ibidem in medio §. *Nec vero argumento*, ibi, *sed evidentia*, dele vocem, *evidentia*. — Pag. 609. ante medium §. *Hec duo Catholica*, ibi, *nos fiducia exhibuit*, pro, *fiducia*, scribe, *gratia*. — Eadem pagina versus finem, §. *Sola denique Ecclesia*, post illud, *de uno vero Deo*, dele usque ad, *de generis humani*, exclus. — Pagin. 615. initio §. *Causa belli*, post illud, *de Megarensibus*, dele usque ad, *Demosthenes sibi persuadet*, exclus. — Pagina eadem ad finem, §. *Quid enim magis*, post illud, & *exercitiorum consuetudo*, dele usque ad illud paginæ sequentis initio, *Iurisconsultus vero*, exclus. — Pagin. 617. §. *Agnoscamus*, ergo, post illud, & *communis vita necessarium ad*, dele usque ad, *recta & iusta*, exclus.

EIVSDEM verò præcepta genethliaca, sive, *De prognosticandis hominum naturalibus*. &c. Francofurti. Permittuntur apposita nota Auctoris & operis.

EIVSDEM verò alia prohibita.

CHRISTOPHORVS Rheiter.

CHRISTOPHORVS Richardus.

Gallus, Biturix, Historic. Calvinian. Scribebat, & edebat Genevæ 1570.

CHRISTOPHORVS Rhotmanus.

Seu, *Rhotomanus*.

CHRISTOPHORVS Scheiblerus.

Seu, *Scheiblerus*, Germanus Philosophus, Lutheranus.

Eivs omnia prohibet.

CHRIST. Schilingus. *Silesius* Medicus.

CHRISTOPH. Schvvanmannus.

Seu, *Schvvanemannus*. I. C. Scribebat, &

edebat Hamburgi, apud Frobeniū 1609.

Eivs *Dē processibus Iudicij Camere Imperialis*. — Et *observationum Decretorum* 14. 1601. permittuntur apposita nota Auctori, & operi. — Et similiter in eodē volumine permittuntur *Decisiones*, sive res Iudicatę Camere Imperialis cuiusdam Iure Consulti innominati.

CHRISTOPHORVS Sclupnerus.

German. Theolog. Luther. Augustanæ confessionis. Scribebat, & edebat Lipsiæ 1610. & Wirtemberg. apud Schirerum 1602.

CHRISTOPHORVS Spangenbergius.

CHRISTOPHORVS Stolberg.

German. Philolog. Lutheranus.

CHRISTOPHORVS Sturcius.

Seu, *Sturius*, Annæbergensis I. C. Luther.

CHRISTOPHORVS Styrmelius.

Seu, *Stymelius*, seu, *Stumelius*. Germ. Theolog. & Poëta Luther. Augustanæ confessionis.

Eivs quædam Poemata. Vid. Tom. 6. Delic. German. 3. Class. — Eiusdem Institutio de Miraculis in sacris, & alijs Historiis descriptis Vrsellis 1577. prohibet.

CHRISTOPHORVS Traßibus.

CHRISTOPHORVS Winerus.

German. Theolog. Luther. August. confessionis. Scribebat, & edebat Theologica ad ann. 1586.

CHRISTOPHORVS Wirlungus.

Germ. Medic. Lutheranus.

CHRISTOPH.

CHRISTOP. Zohelius.

Seu, *Zobelius*, seu, *Zobel*. German. I. C. Lipsienf.

CHRISTOP. Wolfgangus Getendorff.

Francus, Collega Argentoratensis, ex compositoribus Collegij Argentoratensis. Vide *Collegium Iuridicum Argentoratense*. 3. Class.

CHVRRERVS Conradus.

CIRIACVS, seu, Cyriacus Lindemannus.

German. Theol. Luth. August. Confes. scribebat, & edebat Erford. 1590.

CLAVDIVS Albericus.

Seu, *Alberius*, Triuncurianus, Dialecticus, & Philosoph. Germanus, Lutherocalvinista.

CLAVDIVS Baduellus, seu, Balduellus.

Philologus Calvinista, Professor Nemausensis, scribebat, & edebantur eius Orationes, & Opuscula, ab anno 1544. usque ad, 1556.

Eius Praefatio in Thesaurum linguae Graecae Ioannis Crispini, permittitur appositam nota debita auctori, & operi.

Eiusdem vero *Acta Martyrum nostri seculi* Genevæ 1556. perpetuo interduntur. — Caetera vero, donec prodeat expurgatio, & permissio.

CLAVDIVS Salmasius.

Gallus, Polilog. Calv.

Eius notae in Tertulliani librum, *De Pallio Lutetiae* 1622. permittuntur si prius in prima libri facie, adhibeatur nota damnationis, & operis cum expurgatione permissi.

Eiusdem *Duarum inscriptionum veterum explicatio*, *Herodis Attici*, & *Regille Coniugis*, simul cum notis ad *Desiadae* aras, *Simmiae Rodij* ovum, *Alas*, *Securim*, & *Theocriti fistulam*, *Lutetiae* apud Hieronymum Drovard. 1619. permittuntur appositam nota Auctoris damnati, & operis permissi.

Eiusdem *Plinianae Exercitationes* in

Caij Iulij Solyni Polyhistora. Parisiis, apud C. Morellum 1629.

Post appositam notam praescriptam Auctori, & operi, ex epistola Dedicatoria, quae incipit, *Cum in eo essem*, pag. 1. ad medium, post illa verba, *Fortuna commendatos cupiam*, dele undecim lineas, usque ad, *Is denique est*, initio pag. 2.

Eiusdem liber inscriptus, *Eucharisticae con Iacobo Sirmondo*. S. I. P. pro Adventoria de Regionibus, & Ecclesiis suburbicariis. Lutetiae, sumptibus Hieronymi Drovard. 1621.

Item Epistola ad amicum, seu *Epistola amici ad amicum*, de eodem argumento, idest, de Regionibus Suburbicariis.

Item eiusdem notae in librum qui inscribitur, *Nilus & Barlaam Monachus*.

Item eiusdem liber *de v. juris*. Lugduni Batav. ex officina Elseviriorum 1638. omnino prohibentur.

CLAVDIVS Senarclænus.

Seu, *Sernaclæus*. German. Luther. cui tribuitur historia Ioannis Diazij, impressa in Germania, cum Praefatione Bucerii.

CLAVDIVS Taurinensis.

Qui scripsit, *De Imaginibus*.

CLEMENS Marot.

Gallus Poëta vulgaris, Calvinista. Scribebat ad ann. 1550. Genevæ, & Lugduni.

CLEMENS Schuberus, seu, Scubertus.

German. Luther. scripsit & edidit, *De scrupulis Chronologorum*. Argentorati 1575.

CLEMENS Timplerus.

German. Philosop. Moralis.

Eius *Philosophia practica*, id est, *Oeconomica* Hanoviae 1610. — Eiusdem *Physicae Sistema Methodicum*, Hanov. 1625. prohib.

CLEMENTIVS Guilielmus.

COELIVS Augustinus Curio.

Secundi Curionis F. Luther. Historicus, Basiliensis Professor.

Eius *Sarracenicæ Historia*, Francofurt. 1568. — Eiusdem *Marochensis Regni descriptio*. Basileae 1568. apud Oporinum, permittuntur adhibita nota Auctori & operi.

R Coe-

DICES
Librorum
prohibitorum
E. V.
74.

COELIVS Horatius Curio.

Cœlii Secundi Cur. Fil. Luther. Bernardini Ochini sermones ex Italico in Latinum transtulit. Basil. apud Ioannem Oporinum 1550.

COELIVS Secundus Curio.

Italus Cyriaci, in Subalpibus, Basileam ex Italia profugus, Professor Basiliens. Luther.

In Iuvenalis, & Persij satyras, cum doctissimorum Virorum commentariis, &c. quibus accessere Cœlij secundi Curionis nova Scholia, &c. Basileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium 1551. sic corrige.

Post adhibitam præscriptam notam Auctoris damnati, & operis permisi, statim post primam operis inscriptionem, in medio ipsius faciei primæ, post nomen Hermannii Buschij, add. *Auctoris damnati*. — Deinde post vocē, *Epistola*, adde, *permissa*.

Pag. 3. ab initio operis, expungatur tota Epistola Cœl. Sec. Cur. ad Abrahamum Sebaskam, quæ incipit, *Cum videre seculum*, &c.

Pag. 333. post præcœm Persij, expungatur tota epistola Ioannis Murmelii (ut creditur) damnati scriptoris, ad Hermannum Buschium; damnatæ item memoriæ, quæ incipit, *Si vales bene est*, &c.

EIVSDEM Summa de omni artificio differendi 1549. permit.

Apposita præscripta Auctoris nota, ex fine epistolæ ad Callistum Papiensem, dele, *Vel dormiet alium etiam somnum*.

EIVSDEM de historia legēda sententiæ. — Et de Bello Melitensi historia nova, Basileæ per Ioannem Oporinum 1567. — Et Aranei encomium, in quo loci cōmunes de ente supremo, Divina Providentia, &c. Venet. 1540. Basileæ 1544. — Et epistola ad Antonium Cookum, hominem damnatæ memoriæ, de pronūtiatione lingue Græcæ, per Nicolaum Episcopium 1555. — Et versio Appiani Alexandrini de Bellis Hispanicis, cum præfixa epistola, seu præfatione, quæ viram Gelenij describit. — Et Nizolij in Ciceronē observationes ab eodē Curione locupletatæ apud Hervagium 1547. — Tractatus de mensuris Romanorum ab eodem Hervagio cū Livio excusus, & cū præfatione in Livium 1549. — Et novum supplementum histo-

riæ M. Antonii Sabellici, Basileæ apud Pernam, permittuntur, &c.

Item eiusdem Correctiones, Scholia, & Præfationes in Ciceronis Orationes Basileæ apud Ludovicum Regem, 1615. cum epistola Curionis 1562. — Item in Senecam ex editione Basil. 1557. Præfatio eiusdem, seu epistola ad Ioannē Luythomium, & altera ad Lectorē permittuntur, apponenda tamen ubique nota Auctoris damnati, & operis permisi. Cætera vero eius opera prohibet.

COLLADON Biturix.

CONRADVS Andreas Alfidianus.

Theologus.

CONRADVS Aslachus, seu, Alexchus.

Bergensis, Theolog. & Philosoph. Zuinglian.

CONRADVS Bachmannus. Profess. & Academicus Gieslenus.

CONRADVS Badius.

CONRADVS Breherus.

CONRADVS Celtes.

Seu, *Celtis Protusius*, seu, *Protincius*. Francof. German. Poëta, & Cosmographus.

CONRADVS Churrerus.

CONRADVS Clauserus.

Tigurinus Zuinglianus, Theologus, & Philologus, transtulit multa ex Græco. In Præfatione Procopii Gazæ ex Græco à se translata differuit de studio Theolog. scribebat, & edebat Tiguri ab anno 1536. usque ad 1555.

CONRADVS Cordatus.

CONRADVS, seu, Conradus Dasypopius.

German. Mathemat. & Astronom. Argentinenfis. Scribebat, & edebat Argentorati ab ann. 1557. usque ad 1580. in Euclidem, & alia Mathematica, & Astronomica.

CON

CONRADVS Dinnerus Acro-
nianus.

German. Historic. & Polilog. Luth.
Eius Farrago Epithetorum Græcorum.
Hanoviae apud Wechel. 1605. — Item,
descriptio Abbatum Monasterij D.
Felicis. Wirtzeburgi 1590. prohi-
bita.

CONRADVS Gesnerus.

Tigurinus, Medicus, & Philos. Luther.
Zuinglian. scribebat, & edebat ab
ann. 1537. usque ad 1562. Tiguri, apud
Froschoverum, Basil. apud varios, Lug-
duni, Venetijs, Genæv. Argentin. Per-
mittuntur autem Conradi Gesneri Li-
bri, seu Tractatus, seu Notationes, seu
Scholia, seu Interpretationes, & corre-
ctiones sequentes, adhibita semper no-
ta Auctoris damnati, & operis permissi.

APPARATUS Medicus. — Icones
Animalium quadrupedū, expuncta
Præfatione ad fratres Ducis Suffolchiæ.
— Icones Avium. — Nomenclator Pis-
cium. — Onomasticum propriorum no-
minum. — Historia plantarū. — Herbarū
nomenclaturæ, variarum gentiū Diosco-
ridi inscriptæ. — Compendium eiusdem
ex Auctarij Zachariæ libris de diurnis
urinarum iudicijs, & præiudicijs. — Horti
Germanie, editi cum Valerij Cordi anno-
tationibus in Dioscoridem. — De rariss.
& admirandis herbis, cui adiuncta est Montis
Fracti descriptio. — Enumeratio Medica-
metorū purgantium. — De lacte, & operibus
lactarijs. — Præfatio in lexicon rei her-
bariæ Davidis Kiberi, unā cum tabulis ad-
ditis de collectione Herbarū per 12. menses
anni. — Epist. de Mamyræ, Doronico, Ho-
loconitide Molii peregrinis stirpibus. —
Præfatio in Claudium Elianū. Tiguri per
Gesneros fratres edita. — In Athenagorā
versio, & Annotationes, expuncta ipsius
Epist. quæ incipit, *Converti his diebus*, cū in-
scriptione. — Evonymus, de Remedijs fe-
cretis libri duo: expuncta etiam ex lib. 2.
epistola Casparis Wolphij, cuius initium,
Scite quidem, & prudenter, &c. — Libellus
de Mensuris, apud veteres, qui circumfertur
cū Dominici Massarij libro de Ponderi-
bus, & Mensuris. — Opusculum cōmune
ipsi Gesnero, & Gaspari Wolphio cui Ti-
tulus, *Collectio Herbarū*, &c. — Eiusdē notæ

in Dioscoridē de Curationibus morborū
per medicamenta paratu facilia, expunctis
tamen Præfationibus, & Carminibus præ-
viis. — Item Interpretatio & Notæ in He-
raclidis Pontici allegorias Fabularum. —
Itē Annotationes in Moschionis Medici
librum, de *Affectibus muliebribus*. Qui liber
circumfertur in volumine Gynecæorū edi-
to studio Israelis Spachij professoris Ar-
gentinensis. Argentinæ 1597. — Item, eiusdē
Chirurgia. Vid. verbo, *Chirurgia*. 3. Class.

EIVSDEM versio, cum Præfatione in
Ioan. Stobæi Sermones, quæ incipit,
Non possum equidē, &c. Antuerp. apud Ioan.
Lozum 1545. & Paris. apud Martinū Iuve-
nem 1557. Vbi post appositam notam in 1.
pag. Præfationis ad finem, ad illa verba,
Religionis quoque sinceritatē promoventes, de-
le, *Religionis quoque*. — Et post alias tres
lineas, dele, *Aut Evangelium pure docent. aut.*
— Et p. 7. ad medium, ibi, *Ex vivendi disci-
plina non sanctos diceret?* dele, *nō Sanctos*. —
Pag. vero ultima fere ad fin. post illa ver-
ba, *Abutitur, & male interpretatur*, dele 25.
lineas usque ad, *Quod superest humanitatē*, &c.

Itē, Versio eum Annotationibus in Ta-
tiani Assyrij orationē ad Græcos: expun-
genda tamen epist. Dedicatoria, quæ inci-
pit, *Singularis benignitas tua*, &c. — Ex
annotationibus verō, sub numero margi-
nali 21. post illud, *Sibi persuadent*, dele usque
ad *Mortem in ipsa*, exclus.

EX eiusdem Historiæ Animalium lib. 1.
De *Quadrupedibus viviparis*, &c. Tiguri
apud Christophorum Froschover. 1551.
& Francof. in Bibliopolio Cambieriano
ann. 1603.

In prima operis inscript. post illud, *Me-
dici Tigurini*, adde, *Auctoris damnati*. —
Deinde post illud, *De Quadrupedibus vivi-
paris*, dele usque ad illud, *editio secunda, no-
vis*, exclus. — Et in locum expunctorū sub-
stituere, *Cum expurgatione permixtus*. — In
Ordinis ratione, &c. Titulo, *De Primo ca-
pite A. S. Hebraica vocabula*, post illud, *Præ-
ceptor noster Theodorus Bibliander*, dele us-
que, *Pleraque nobis suppeditavit*, exclus. —
De *Cervo*, cap. E. in Appendice, *De vena-
tione Cervi*, pag. 342. num. 40. post illud,
Gallico-latino Roberti Stephani, dele usque
ad, *In calce adiuncta*, exclusivē. — De *Mo-
nocerote*, cap. A. S. *Mecha quæ urbs*, pagina
691. num. 20. ibi, *Psalmus 78. hic non ree-
mim*, pro, *non*, scribe, & statim ibi, *sed*,
ramim, id est, *excelsa*, pro, *sed*, reponere
&. — De eodem, *Monocerote*, cap. H. in

R 2 Coro-

DICES
Librorum
OHIBITORŪ
E. V
24.

Corollario ad *Historiam de Monocero*, initio Corollarij, pag. 693. num. 60. post illud, *historiam exararem*, ab, dele usque ad, *Nicolao Gerbelio*, exclus. — De *Musimone*, pag. 823. num. 30. post illud, *est ad virum expressa*, dele usque ad, *Musimon asinus, mulus*, excl. — De *Cynocephalo*, c. H. §. *Figura hec, quam*, pag. 861. num. 60. post illud, *ad virum expresse quam*, dele usque ad, *Tartarium vulgo dictam*, exclus. — De *Satyro*, cap. C. pag. 866. num. 50. §. *Satyrorum historia*, post illud, *cuius effigiem apposui, quam*, dele usque ad, *Georgius Fabricius ex Misnia*, exclus. — De *Sue*, cap. C. pagina 910. num. 20. post illud, *ut saginentur salicibus*, dele usque ad, *Succerda, stercus suillum*, exclusivè.

EX eiusdem *Conradi Gesneri Historiæ Animalium* Libro II. qui est de *Oviparis*, &c. *Francofurti, ex Officina Typographica Ioannis Wecheli* 1586.

In prima operis inscriptione, post adhibitam præscriptam notam. In Epistola Nuncupatoria, cui initium, *Ad condendam Animalium*, &c. propè medium, post illud, & *historiis etiam plerorumque*, dele usque ad, *Georgius Fabricius*, exclus. — Et post vocem, *Fabricius*, dele usque ad, *iam aliquoties ad me misit*, exclus.

EX eiusdem *Historiæ Animalium*, Libro III. qui est, *De Avium natura*, &c. *Francof. ex Officina Typograph. Ioannis Wecheli, &c.* 1585.

In prima operis inscriptione, apponenda sua nota. — In præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *Librorum nostrorum*, pag. 2. Et post medium, post illud, *Turnerus Angelus*, dele usque ad, *Miratus sapè sum*, exclus. — De *Anatibus feris*, cap. A. pag. 102. numero 30. post illud, *præsertim sylvestrium*, dele usque ad, *Georgius Fabricius plurimū*, exclus. — De *Aquila*, cap. H. pagina 190. num. 30. post illud, *Aristoph. in Avibus*, dele usque ad §. *Aquila Iovi sacra*, exclus. — De *Aquilis diversis apud recentiores*, §. *Inter Misenam*, pag. 206. num. 50. post illud, *Animantium varia ut*, dele usque ad, *Georgius Fabricius ad me*, exclus. — De *Charadrio* cap. A. pag. 256. num. 50. post illud, *Hieronym. Charadrium transtulerunt*, dele usque ad, *quāquam Niphus*, exclus. — De *Rubecula Saxatili*, pag. 733. ante num. 10. post illud, *Rhetorum captam*, dele usque ad, *Franciscus Niger olim*, exclus.

EX eiusdem *Historiæ Animalium* Libro IV. qui est, *De Piscium & Aquatiliū*

animalium natura, &c. *Francofurti, in Bibliopolio Andreæ Cambieri, ann. 1604.*

In prima operis inscriptione, post illud, *Gesneri Tigurini*, adde notam, *Auctoris damnati*, &c.

EX eiusdem *historiæ Animalium*, lib. 5. qui est, *de Serpentium natura*, &c. *Tiguri in officina Frochoviana* 1587.

In prima operis inscript. post illud, *Schola Tigurina*, adde notam, *Auctoris damnati*, &c. — In epist. Nuncupatoria *Iacobi Carroni ad Horatium Palavicinium*, quæ incipit, *In omnia scientiarum*, pag. 1. à medio post illud, ac *Philosophus Tigurinus*, dele usque ad, *Studio indefesso*, exclus. — Ibid. paulò inferius, post illud, *Animalium historiā*, dele usque ad, *Ex omnium fere extant*, exclus. — Deinde post illud, *In cem ediderat*, dele usque ad, *Restabat imperfectorum*, exclus. — Et mox post illud, *Persequi instituerat*, dele usque ad, *At cum Domino aliter*, exclus.

EX eiusdem libri aliquot, *De omni fessilium genere*. *Tiguri excudebat Iacobus Gesner.* 1565.

Monendus Lector in hoc volumine, non solum contineri quadam Gesneri Opuscula, quorum ipse proprius Auctor, sed quadam etiam auctorum damnatorum, videlicet Ioannis Kentmani, Georgij Fabricij. Ideo omnium horum Opusculorum expurgationem simul exhibebimus.

In prima itaque libri facie, adhibenda Gesnero sua nota solita. — In opusculo *Ioan. Kentmani, De nomenclatura rerum fessilium*, dele epist. Dedic. cum inscriptione, quæ incipit, *Ornatissimo viro, Medico, & Philosopho*, &c. — Ex eiusd. *Ioan. Kentmani, Calculorum, qui in corpore ac membris hominum*, &c. *Tiguri ann. 1565.* Adhibe sua notam *Kentmano*. — Cap. 1. fol. 1. pag. 2. initio, post illa verba, *Mercede Medicus fuerat*, dele usque ad, *Is igitur curam*, excl. — Cap. 5. fol. 5. pag. 2. post medium, post illa verba, *Vt à Pencero*, dele usque ad, *Accipit atque*, exclus. — Cap. 8. fol. 11. p. 2. post initium, & post illa verba, *Saxonia electori primo*, dele usque ad, *Qui anno 1593.* exclus. — Et inferius eadem pagina, in fine post illa verba, *Vivuntur, fruuntur*, dele usque ad medium sequentis pag. in folio 11. ad illa verba, *Hic idem princeps*, exclus. — Folio 21. pag. 2. in fine, post illa verba, *Vegetet & corroboret*, dele usque ad initium sequentis folij, & usque ad verbum, *Vale*, exclusivè.

In OPERE DE METALLICIS REBVS, ac nominibus, ex schedis Georgij Fabricii. Tiguri 1565. in eodem volumine.

In ipso Titulo operis, adhibenda solita nota. — Cap. 7. fol. 21. pag. 2. ad medium post illa verba, *Investigator diligens*, dele usque ad, *Plumbeos globos*. exclus.

In SEVERINI GAEBELLI LIBRIS, duobus de Succino, in eodē volumine.

Delcatur Praefatio, & quidquid ante ipsum opus praefigitur.

In VALERII CORDI LIBRO DE Halosantho, seu spermate ceti. Tiguri 1565. in eodem volumine.

Ex Epistola Dedicatoria Conradi Gesneri, quae incipit, *Cum de Fossilium*. — Pag. 3. post illud, *Ge. Amelio*, dele usque ad, *Deinde à praestantissimis*. — Et pag. 5. ad finem, post illa verba, *Doctum & castum*, dele usque ad, *Tiguri, pridie*, exclus. — Pag. 25. ante finem, post illa verba, *Coagulum ad me misit*. dele usque ad, *Multo durior*, exclus. — In fine operis Francisci Ruci, de *Cemmis*, in eodē volumine, in epistola Paschali Baldolini, fol. 80. pag. 1. post medium, post illa verba, à *Zacharia usurpatur*, dele usque ad, *Intellexerim itaque*, exclusivè. — Eodem folio, pag. 2. post medium, post illa verba, *Interpres Latinus*, dele usque ad, *Invenimus quoque*, exclus. — In eiusdē Conradi Gesneri libro, *De rerum Fossilium, Lapidum, & Gemmarum maxime figuris*, &c. Tiguri 1565. sub eodem volumine.

In ipso Titulo operis, post illa verba, *Conradi Gesneri*, adde, *Auctoris damnati*, &c. — Et post illa verba, *Similitudinibus liber*, dele sequentia.

EX eiusdē Conradi Gesneri Physicarum Meditationum, &c. Libris V. Tiguri in officina Froschoviana 1586.

In prima operis inscriptione. — Inferius, dele totum §. *Opus Theologicis*, &c. & scribe, *Opus Auctoris damnati, haecenus prohibuit, nunc vero cum expurgatione permiscum*.

Ex Epistola Dedicatoria, quae incipit, *Nemo est omnium*, pag. 8. initio post §. qui finitur voce Graeca, *Sophos*, *Euripidi*, dele duos sequentes Paragraphos, usque ad, §. *Plima antiquitatis*, exclusivè, qui est ini-

tio sequentis paginae. — Post finem epistolae, dele duo sequentia Epigrammata, quorum primum incipit, *Natura si vis*, alterum verò, *Deucalion duras*. — Lib. 3. Titulo *De alio terramotu*, nu. 8. pag. 133. ad medium, post illa verba, *Protecta reperi est*, dele usque ad finem §. — Lib. 4. Titulo *De animae definitione*, num. 13. pag. 172. ante medium, post illa verba, *Quae actiones ciet*, &c. dele usque ad, *At qui motus*, exclus. — Inferius, num. 16. ante finem, post illa verba, *Aetus primus*, &c. & contra, dele usque ad finem §. — Titulo *De animae definitione Dialectica exercitationes*, num. 4. pag. 175. ad finem, dele totum §. *Anima non*, usque ad, §. *Animam non possunt*, exclus. — Titulo *De eadem alia*, num. 9. pag. 177. post medium, dele, *Melancthonis*, &c. — Paulo inferius, dele totum §. qui incipit, *Anima generatur*, &c. — Titulo *Quod pro diversis animae partibus*, &c. pag. 185. post medium, num. 21. §. *De vitijs*, post illa verba, *Vitium theriores*, dele usque ad finem §. & num. 22. exclus. — Eodem titulo, num. 5. pag. 249. ante medium, *Secundum Phantasiam*, post illa verba, *Substantiam expectant*, dele usque ad, *Anima non minus*, exclus. — Titulo. *De intellectu potentia*, num. 21. pagina 257. post initium, & post illa verba, *Est autem spiritus quoque substantia*, dele usque ad fin. §. — Titulo *De Notitijs, & actionibus mentis*, num. 2. pagina 264. ante medium, dele notationem, *Huic assensui respondet*, &c. — Titulo *Philosophiam esse animae à corpore separationem*, pag. 280. ad finem, dele totum num. 6. usque ad, *Ita sit*, exclus.

EX EIVSDEM CONR. GESNERI Physicarum Meditationum lib. 5. eiusdem editionis.

In ipso libri titulo, adde, *Auctoris damnati*, & post illa verba, *In Aristotelis libros*, adscribe, *Opus haecenus prohibitum, nunc vero cum expurgatione permiscum*.

In librum, de *Memoria & reminiscencia* cap. 1. pag. 242. post medium, post illa verba Graeca, *Paromnemone*, dele usque ad, *Constructio sic est*, exclus.

In Paralipomenis, pag. 247. ante medium, num. 4. dele, *Anima tota corrupta est*. — Et inferius dele totum §. *Hinc apparet*. — Titulo *de Trinitate animae*, &c. pagina 248. ad finem, dele ab initio §. *An vero talis*, usque ad finem operis.

R 3 ITEM

DICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ITEM LEXICON, SIVE DICTIONARIUM GRÆCO-LATINUM.

EX Lexico, sive Dictionario Græco-Latino per Conradum Gesnerum, & Ioannē Hartongum, aucto, &c. Basileæ, 1562. In prima operis inscriptione, ibi, per D. Conradum & Ioannem Hartongum, adde, *Auctores dānatos*. — Deinde post vocē, *repurgatiū*, adde, *cum expurgatione permixti*.

In Præfatione Typographi ad lectorem, in medio, post illud, *communicavere nobis*, dele usque ad, *Conradus Gesnerus*, exclus. — Verb. *Pistū* Græce 10. *N. fides*, ad medium, post illud, *Meismetā*, dele usque ad *Inde & pro tota Religione*, &c. exclus.

BIBLIOTHECA, AVCTA PER Iosiam Simlerum.

EX Bibliotheca instituta, & collecta, primū à Conrado Gesnero: deinde in Epitomen redacta, & novorum librorum accessione locupletata: Tertio recognita, & in duplū post priores editiones aucta, per Iosiam Simlerum: iam verò postremò aliquot mille, cum priorum, tum novorum Auctoriū opusculis, ex instructissima Viennēsi Austriæ Imperatoria Bibliotheca amplificata, per Ioannem Iacobum Frisium Tigurinum. Tiguri apud Christophorum Froschoverum, anno M.D.LXXXIII.

In ipsa operis inscriptione, post illud, *Primum à Conrado Gesnero*, adde, *Auctore damnato*. — Et post illud, *Per Iosiam Simlerum*, adde, *Auctorem damnatum*. — Et paulò inferius post illud, *Per Ioannem Iacobum Frisium Tigurinum*, adde, *Auctorem damnatum*. Hactenus quidem prohibita, nunc vero cum expurgatione permixta. — Et post operis inscriptionem, §. *Habes hic optime lector*, post illa verba, *In Bibliotheca latitantium*, dele usque ad finem, §. — Ibidem, adscribatur huiusmodi Antidotum. *In hac Bibliotheca recensentur, quam plures damnari Auctores, & eorum opera: quare cautè legenda. Ut verè noscat lector, qui sint Auctores damnati, consulat primam huius Indicis classē.*

In prima Epistola Dedicatoria Iosie Simleri, in ipsa inscriptione, ibi *Sacrarum literarum in schola*, dele, *Sacrarum literarum*. — Et ad finem Epistolæ, post illud, *In cives Tigurinos*, plurima quidem extant, dele usque ad, *Cum autem paterna*, exclus.

In secunda Epistola Dedicatoria Ioannis Iacobi Frisij, sub initium, post illud, *Ia-*

cerent in tenebris nisi, dele usque ad, *Celebrarentur*, quare, exclus. — Et pag. 2. sub initium, post illud, *Si quod huic operi*, dele usque ad, *Accessit, referatur*, exclus. — Et paulò inferius ante medium, post illud, *In spero, perpetuum*, dele usque ad, *Simlero*, exclus. — Et post vocem, *Simlero*, dele usque ad, *impetratum, consecratum*. — Pagina 3. eiusdem epistolæ, ad finem pagine, post illud, *Florentino decertarunt*. Vbi, dele usque ad, *Doctrina tamen de processione*, &c. exclus. — Pag. 2. & inferius non longe à medio, post illud, *Nulla mentio facta fuerit*, dele usque ad, *Georgius Fabricius*, &c. exclus. — Et post illud, *Conradus Lycosthenes*, dele usque ad, *Deinde Ioannes Sammelius*, exclus. — Et versus finem, post illud, *Dressero autem*, dele usque ad, *Accepimus catalogum*, exclus. — Pag. 3. eiusdem Præfationis paulò ante medium, post illud, *Scriptoribus commemorandis*, dele usque ad, *Bibliothecam*, exclus. — Et loco expunctionum, reponē, *Ac Gesnerus*. — Et in fine pagine, post illud, *Studiis scriptum hoc*, dele usque ad, *Proponuntur enim hic*, exclus. — Pag. 4. post medium, post illud, *Quæ tamen nostre professionis sunt*, dele usque ad, *quod hoc ab instituto nostro*, exclus.

EX INDICE AVCTORVM, quod operi præfigitur.

Expungantur nomina Hæresiarchorum, videlicet.

Beza Vezelius Theodorus. — Brennius Ioannes. — Bucerus Martinus. — Calcon Ioannes. — Carlostadius Andreas. — Hugo Ioannes. — Lutherus Martinus. — Melancthon Philippus. — Oecolampadius Ioannes. — Osiander Andreas. — Pacimontanus Balthasar. — Rottman Bernardus. — Schroventfeldius Gaspar. — Servetus Michael. — Stancarus Franciscus. — Wiclevus Ioannes. — Zuinglius Huldricus.

In ipso opere delenda sunt, quæ sub verbis sequentibus notantur.

Abdia Prætorij, pag. 1. col. 2. post illud, *Analyses paulò generaliores*, dele usque ad, *Impresse Wirtembergæ*, exclus. — Achaz Brandeburgensis, pag. 3. col. 2. à medio, post vocem, *Epitome*, dele usque ad, *Franciscus*, 1579. exclusivè. Adamus Abodestein, pagina 5. col. 1. post medium, post vocem, *Bodestein*, dele usque ad, *Medicus Basiliensis*, exclusivè. — Adami Siberi, pagina 6. columna 2. à medio, post illud, *Davit-*

dis veteris translationis cum, dele usque ad, Lemmatibus, ac notis, exclus.

Adriani Pape VI. pag. 8. col. 1. versus finem, post, *Impresse sunt Wirtembergæ*, dele usque ad verbum, *Adrianus Augustus*, exclus. — *Aliani Magni*, pag. 17. col. 1. in medio, post illud, *Aliani Magni penitentiarum*, dele usque ad, *Robertus Holcote*, exclus. — *Alberti Lythici*, pag. 20. colum. 1. post illud, *Quæstionculæ examinis Theologici*, dele usque ad, 8. *Lipsia* 1574. exclus. — *Albertus Pighius*, pag. 21. col. 2. versus finem, post illud, *Coloniae anno 1538*. dele usque ad finem, §. — *Alexander Alefius*, pag. 25. col. 1. ante medium, post illud, *Quæ impressæ sunt*, dele usque ad, *Apud eundem*, exclus. — *Alexander Seton*, pag. 29. col. 1. initio, post illud, *Natione Scotus*, dele usque ad, *Scriptis in utramque*, exclusivè. — *Alexander Theologus*, ibidem ante medium, post illud, *Cantuarie ad sanum Augustini*, dele usque ad, *De Ecclesiæ potestate lib.* exclus. — *Ambrosius Blaverus*, pag. 34. col. 2. post medium, post illud, *Ad Lucum Acronium*, dele usque ad, *Scriptis Epistolam*, exclus. — *Ambrosij Interbocensis*, pag. 35. colum. 2. versus finem, post illud, *Studiorum atque operarum*, dele usque ad, *Argentine apud*, exclus. — *Ambrosius Lobwasserus*, pag. 35. col. 2. in fine post illud, *Germanicis rhythmis*, dele usque ad, *Illustravit additis*, exclus. — Deinde post illud, *Heidelberg*, atque alibi *sepius in 16.* dele usque ad, *Hymnos item patrum*, exclus. — *Ambrosius Moibanus*, pag. 36. col. 2. ante medium, post illud, *Scriptis librum*, dele usque ad, *De officio Principum*, exclus. — *Ambrosius Vvalphius*, pag. 37. col. 1. in medio, deleatur totus Paragraphus. — *Sancti Anastasij Antiochie*, pag. 39. col. 1. prope medium, post illud, *Edita est Geneva*, dele usque ad, *Henr. Stephanus*, exclus. — *Andrea Carolostadij*, pag. 42. col. 1. à medio, expungatur totus Paragraphus. — *Andrea Fabilijs*, pag. 43. col. 1. ad finem, totus Paragraphus deleatur. — *Andreas Gerardus*, pag. 44. col. 1. mox à medio, post vocem, *Hyperius*, dele usque ad, *Scriptis commentarium*, exclus. — Ibid. col. 2. initio post illud, *Verum etiam efficien-tem, & principem*, dele usque ad, *De spiritu & litera*, exclus. — Et paulò inferius, post illud, *De hominis merito apud Deum*, dele usque ad, *Verba Pauli 1. Corinth. 15.* excl. — *Andrea Kreuchij*, pag. 45. col. 2. à medio post illud, *Anno 1575. Germanicè*, dele usque ad fin. §. — *Andrea Langij*, pag. 46.

col. 1. ante medium, post vocem, *Langij*, dele usque ad, *Conciones 6. de iuramento*, exclus. — Deinde post illud, *Scriptum est anno 1571.* dele usque ad finem, §. — *Andrea Musculi*, pag. 46. col. 2. à medio, post illud, *In unum congestas*, dele usque ad, *De statu & conditione*, exclus. — Deinde post illud, *Ad communem resurrectionem*, dele usque ad, *Interpretatio Cantici*, exclus. — Et statim post illud, *Cantici Simeonis*, dele usque ad, *Aurei ornamenti*, exclus. — Et deinde post illud, *Precum libellus*, dele usque ad, *De cruce & tentationibus*, exclus. — Et post illud, *Compendium doctrine Christianæ*, dele usque ad, *Folio Francofort.* exclus. — Et paulò inferius, post illud, *In 8. Francof. ad Oderam 1577.* dele usque ad, *Eiusdem tertia disputatio.* exclus. — *Andreas Osiander*, pag. 47. col. 1. versus finem, totus §. deleatur. — *Andrea Poach*, pag. 48. col. 1. versus finem, post illud, *D. Mulhufij*, dele usque ad, *Eiusdem de regno*, exclus. — *Anna Askeve*, pag. 52. col. 2. in fine, post vocem, *Askeve*, dele usque ad, *invencula natione*, exclus. — Deinde post illud, *Angla, quæ*, dele usque ad, *Combusta est*, exclus. — *Antonij Corvini*, pag. 59. col. 2. in fine, post, *Theologicorum libri tres*, dele usque ad, *Cæphalaus Argentorati*, exclus. — Et post illud, *Argentorati 1539.* dele usque ad, *Eiusdem sex conciones de Passione*, exclus. — Et statim post illud, *Argentorati 1537.* dele usque ad, *Itemque evulgavit*, exclus. — *Antonius Gilhi*, pag. 62. colum. 2. parum à medio, post illud, *Gylbi Linconiensis*, dele usque ad, *Commentarios in Michæam*, exclus. — *Antonij Haliei*, pag. 62. col. 2. versus finem, post illud, *Helvetiorum sit disputatum*, dele usque ad finem §. — *Antonius Otho*, pag. 66. col. 1. post initium, post, *Magdeb. 1552.* dele usque ad, *item contra Temulentos*, exclus. — *Antonius Sadeël*, pag. 67. col. 1. ante medium, post illud, *Lausana*, anno 1578. dele omnia usque ad finem, §. — *Arnobij Cheffirei*, pag. 80. colum. 2. ad medium, totus §. deleatur. — *Arnoldus Brixienfis*, pag. 81. col. 1. ante medium, deleatur totus §. — *Arnoldi Burenij*, eadem p. & col. à medio, post illud, *Wirtembergæ, anno 1556.* dele, *Cum præfatione Melancthonis.* — Pag. 82. prope medium, post illud, *Ad Collegium Romanorum*, dele usque ad, *Persecutio sive confessio, &c.* exclus. — *Arnulphus concionator*, pag. 82. col. 2. in fine post illud, *Roma tandem casus est.* dele usque ad, *Anno Domini 1126.* exclus. — *Athanasius*,
R 4 pag.

INDEXES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.

pagin. 86. colum. 2. versus finem post illud, *Trinitate, Græcè, & Latine*, dele usque ad, *Genevæ, apud Henricum*, exclus. — *Augustana confessionis*, pag. 90. colum. 5. ad medium, rotus §. expungatur. — *Augustinus Mainardus*, pag. 92. colum. 1. versus finem post vocem, *Pedemontanus*, dele usque ad, *Scriptis voluminibus*, exclus. — Deinde post illud, *Sacrarum concionum*, dele usque ad finem, §. — *Augustinus Marloratus*, eadem pag. 92. col. 1. ad finem, post vocem, *Marloratus*, dele usque ad, *Rothomagi*, exclusivè. — Et post vocem, *Rothomagi*, dele usque ad, *supplicio affectus est*, exclus. — Et mox post vocem *hic*, dele usque ad, *Commentarios concinnavit*, exclus. — Et inferius, ibi, *Novi Testamenti Catholica expositio Ecclesiastica*, dele, *Catholica, & Ecclesiastica*. — Et iterum, ibi, *Genesis cum Catholica expositione Ecclesiastica*, dele, *Catholica, & Ecclesiastica*. — Et ibi, *Isaia prophetia cum Catholica expositione*, dele *Catholica*. — *M. Bado*, p. 58. colum. 1. parum à medio, expungatur totus §. — *Balthazaris cuiusdam*, pag. 99. col. 1. post initium, deleatur totus §. — *Balthazar Pacimontanus*, eadem pag. 99. colum. 1. statim à medio, totus §. expungatur. — *Bartholomeus Bernhardus*, pag. 102. col. 1. totus §. deleatur. — *Bartholomeus Coloniensis*, pag. 103. colum. 2. ante medium, post illud, *Mythologicum ad Panegyrium*, dele usque ad, *excudit Tubinga*, exclus. — *Bartholomei Latomi*, pag. 104. col. 2. ad finem, post illud, *Griphij*, 1539. *Eiusdem*, dele usque ad, *scripta duo adversaria*, exclusivè. — *Benedictus Aretius*, pag. 111. colum. 1. ante medium, post vocem, *Aretius*, dele usque ad, *in publicum edidit*, exclusivè. — Et paulò inferius ibi, *Blasphemias Orthodoxam defensionem* dele, *Orthodoxam*. — *Benedicti Thalmanni*, pag. 113. col. 1. ante medium, post vocem, *Thalmanni*, dele usque ad, *Afferio vera, &c.* exclus. — *Bernardinus Ochinus*, pag. 115. col. 1. ad finem post illud, *Tiguro in exilium est eiectus*, dele usque ad finem. — *Bernardi Liblinensis*, pag. 117. col. 2. à medio, totus §. deleatur. — *Bernardus Lingius*, eadem pag. 117. c. 2. non longe à medio, post illud, *cum sua præfatione, quæ ex*, dele usque ad, *Joachimo Ringelbergio*, exclus. — *Bernardus Rothmanus*, pag. 118. col. 2. ante medium, totus §. deleatur. — *Bernardus Zieglerus*, p. 119. col. 1. ante medium, post vocem, *Zieglerus*, dele usque ad, *disputationes habuit*, exclus. — *Bilibaldus Ransbeccius*, pag. 120. colum. 2.

